



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolvtio Lvtheriana Svper Propositione Sva Tercia Decima De Potestate Papae

Luther, Martin

[Wittenberg], [1519]

VD16 L 5783

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32433

AD LECTOREM.

Cogor ego solus fere mortaliū, disputatiōnib⁹ meis, aut nullū interserere paradoxum, aut mox simul effundere totū secretum. Adeo cæteri omnes, cū ambulent in mirabilibus super se, & non modo paradoxotata, sed & pseudo doxotata pposuerint, hāc habent grām, vt longe distinguatur, inter ea quę sic ostentant, & ea quę plane in populo docent aut domi fabulantur. Vn⁹ est Lutherus, qui & prouocat & virapitur, ad pugnam disputatiōnē, & simul exigitur, dicere & ratiōnē ante temp⁹ reddere, aut ita dicere disputaturus, vt a cerdonibus quęq; intelligi possit. Quod si non fecero, mox hæreticus blasphemus scandalosus sum, sic mea habet fors, mi lector, Sed non timeo, donec Christus vixerit, qui simili imo maiore inuidia laborauit, cū suis diuinis paradoxis, superbos falsileret, vt qui videntes erant cæcificent, quā tū nisi post ascensionem suo tempe per spiritū sanctū reuelare noluit. Ita sunt istæ meæ aduersus Iohan: Eccitū positę ppositiones, maxime terciadecima de pte Pape, vt superbiam inuidissimam, facie sua luderet, pferatim cū mihi rem fore cū lubrico colluctatore intelligerem. Quare te lector iudicem eligo, quisquis fueris, adeo nihil in hac ppositione periculi mihi timeo, quā ad veritatē attinet. Ceterū si inuidia aliud fecerit, suum opus fecerit, tu modo candide & libere iudica.

VALE.

Handwritten notes in the bottom right corner of the page, including a signature and the number 11.